
…OMI
…PERA.
…us III.


Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani.

Henrici Nicolai

1. de Multipraesentia Rei finitae.
2. Tr. de Contradictionis Natura et Principio.
3. Tr. de Oppositione Enunciatorum.
4. Pansophia liberalis Tabellis repraesentata.
5. Disquisitio Magnetica.
6. Tr. de Notitiis naturalibus.
7. Tr. de Cognitione humana universa, duabus Exercitationibus comprehensa.

D. O. M. A.

De OPPOSITIONE ENUNTIATORUM,

TRACTATUS SINGULARIS. Philosophico-Theologicus,

Ubi & quid Oppositio illa sit, ostenditur, & inprimis Contradictionis forma generalis & in omni materiâ procedens inquiritur, constituitur, exemplis maximè Theologicis illustratur, ac quæ obesse ei videntur, universa plenè soluuntur, ususq; oppositionis in argumentando subjicitur, & exemplis declaratur.

Authore

HENRICO NICOLAI,
Phil. & Theol. Apud Gedanenses Professore.

Gedani. Typis GEORGII RHETII.
Anno Christi Nati M.DC.XLV.

Magnificis, Nobilissimis, Amplissimisq;
VIRIS,
Dn. HEINRICO FREDERO,
Dn. FRIDERICO ELERTO,
Senatoribus Inclytæ Reipubl. Gedanensis primariæ conspicuis & prudentissimis.
Dnn. Patronis ac Fautoribus observandis
S. Et prosperitatem.

P*Latoni Philosopho*, Viri Magnifici, Amplissimi, Patroni observandi, *non intelligendi solùm, sed & dicendi gravissimo authori ab* Oratore *dicto, adscriptum accepimus, gratulatum eum Philosophiæ fuisse, cum operam illi applicere videret eos, quos ad Rerumpubl. clavos sessuros natura genuisset, quòd ingens humanæ saluti emolumentum ex eadem illis adferre hos posse crederet. Nec inscitè ita* Platonem *iudicasse censendum est*: Et *rem ex usu esse experientiâ teste revincimur. Neq; enim Rempublicam prudenter gubernare noverit, nisi qui aptissimè didicerit: Nec didicisse aptiùs potuit, nisi qui se & alios gubernandi fundamenta ex* Philosophiâ *desumpserit.* Hæc & mores *universim in formam componit*: Et *familiæ domesticæ gubernandæ rationem præscribit*: Et *civitatem in finem dirigit, ac regendi momenta ministrat. Adversùs for-*

tuita instructos reddit, in præsentibus durare docet, & periculosis obviam ire commonstrat. Ab ipso nascendi primordio mortalib9 condictum esse, fortuitis subjici, suggerit, eoq; ad formulam vivere facit: simul illud eodem animi robore præstat, ne quid ex illis, quæ evenire solent, pro insolito aut improviso accipiatur. Omnia, quæ incurrunt, quasi futura prospiciendo, impetus emollit, ac ad Philpsophiâ conformatos exspectantesq; animos nihil novi eos adferre monet, securis tantùm & plenas lunas semper spectantibus graves evenire docet. Nosse ingerit, quàm in tumultuosum Natura nos ingesserit contubernium. Mirari probibet, pericula aut publica nos contingere, aut privata nobis illabi, quorum ingentem segetem quotidiè circa nos errare necessum esse ostendit. Aliena mala sic adspici consulit, tanquam & illis ad nos liberum iter sit, ut multò ante nos armemus, quàm petamur, ne animum serò nimis ad periculorum patientiam post pericula instruamus. Si Seianum eodem die & â Senatu magnificè deductum, & â populo in frusta concisum legamus, aut Croesum ê rogo concionantem, aut Mitridatem inter Cajanas victorias, aut Marium septuagenarium â Patriâ extorrem audiamus, ut sine metu, & nostro bono relegere talia possimus. Illa Biantem omnia secum portare docuit, Cenonem post bona submersa fortunam expeditiùs se Philosophari docere monuit, Et Caniuni Iulum ex ipsâ morte animi immortalitatem periclitari velle perfecit. In Republicâ

pro-

propriis animum addicit, ne aut aliena concupiscat, aut adeptus cupidinis vanitatem serò post pudorem intelligat, totumq; laborem vel sine effectu irritum, vel effectum labore indignum stomachetur. Resecare concursationes docet, ut ne alienis nos offeramus, semper agentibus similes, & propriorum incuriosi degamus. In negotiis consilio subactum, & animo fortem concinnat. Judiciosè universa pensare, providè ventura præcipere, salubriter destinata impigrè exequi, ad quemcunq; fortunæ motū se componere, monstrat, & ab Historiâ factisq; prudentiæ remedia, solatia, auxilia, rebus suppetit. Quod si cavere rectè poterit, jura & leges qui tenet, ut Comicus *ait: non minùs ad rem id poterit, qui jurium omnium fundamenta, quæ in* Philosophiâ *& ab eâ, penetrârit. Quæ cum ipsi mecum ad animum admittatis,* Viri Amplissimi, *quotidiè facto ipso in* Republ. *repræsentetis, naturæ genio eò compositi, literis & Philosophiâ ad id conformati sitis: non inconveniens ducere debui, publico aliquo apud vos alloquio id profiteri, & ex Philosophico Orbe operis aliquid in nominis vestri clientelam commendare. Opposita in Enuntiatis occurrentia quid in se ferant, Commentatio pertractat, exemplis undecunq; desumptis, magnam partem* Theologicis, *illustrat, ex occasione Adversariorum, quæ intercurrunt, adducit, quibus generalissimè illa modis dissolvi queant, ostendit, quid de difficultatibus, quibus pressare nituntur, habendum, aperit, Quâ ratione universa*

versa materiæ facies convenienter præsentetur, commonstrat. In hæc se demittit Tractatio, Vt illustrioribus Theologicorum exemplis exsurgere queat. Argumentum & amplitudine materiæ commendatum, & ex quotidiano disceptantium usu necessarium esse potest, quod specialiùs disquisitioni subjicitur. Multumne profectum fuerit, & Vestro, & aliorum, *qui judicare gnari, arbitrio submissum esto.* Et *scripto authoritatem,* & *authori favorem conciliare applausu Vestro poteritis. Id ut diu feliciterq; possitis, provectos in annos Vos inter has vitæ turbas vegetos conservet, qui vitæ necisq; moderator est, Vt Vobis, Vestris,* Reipublicæ, *feliciter, quod agitis. Benè Valete,* Viri Amplissimi, *& exiguo scripto nominis Vestri favorem commodare non detrectate. E Gymnasio nostro. Prid. Idus Augusti Anno M. DC. XLV.*

Amplissimo Nomini Vestro

Officiosè addictus

HENRICUS NICOLAI,
Ph. Prof.

LECTO-

LECTORI ERUDITO & benevolo S.

ACcipe & poſt *Contradictionis* naturam, *Oppoſitionem Enuntiativam* ſpecialiter diſcuſſam, ac exemplis Theologicis magnam partem illuſtratam. Si quid deviare, aut minus liquere videatur, mone, ſuggere, cenſe. Communis via eſt, quam ad Veritatem univerſi decurrimus. Metam unus exactiùs proſpicit, alter meliùs viam decurrit. Dum ut homines diſſentiamus, non lupi, nec pro diſputatore Sycophantas agamus, facilè id ferendum, quomodo facierum diverſitates cum admiratione contemplamur. In *Theologicis* ſi minùs quædam ſufficiant, de futuro vberiore explanatione confecta habebis. Si hæc ad guſtum, brevi *de Notitijs naturalibus, Magicis actionibus, Præcognitis Theologicis*, alijsq; Vbi Occaſiones fuerint, nonnulla à me habebis. His interim fruere, & precibus me apud Deum porrò adjuvato, optimeq; Vale.

Elen-

Elenchus ſectionum Tractatus hujus.

SECTIO PRIOR, De Oppoſitione Enuntiatorum in ſeſe.

POSTERIOR, De Vſu Oppoſitionis Enuntiativæ, & inprimis Contradictionis in argumentando & diſcurſu.

Elenchus Exercitationum Tractatus hujus.

De